

www.e-rara.ch

**Grammatica religiosa, quae pie docet declinare a malo, & facere bonum,
amplecti perfectum in praesenti, & respuere imperfectum, ad obtinendum
futurum infinitum, cum participio salutis**

Abraham

Coloniae Agrippinae, anno 1719

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRa 53: b

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-25379>

Sermo XII. De superbia.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

efficiamini sicut parvuli, (id est humiles) non intrabitis in regnum cælorum. Vis ergo cælum ingredi? humilia te, & desideratis gaudebis. Vale.

SERMO XII.

DE

Superbia.

Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas, in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Tob. 4. v. 14.

P A R S P R I M A.

¶ **Q**Uoniam juxta Philosophos, contraria juxta se posita magis elucescunt; igitur ut necessitas virtutis humilitatis melius effulgeat, de Superbiæ vitio utpotè humilitati summè opposito sermonem instituere liber. Est autem Superbia tam grande vitium, ut Scripturâ dicente, initium omnis peccati sit Superbia. Quemadmodum enim humilitas omnes virtutes colligit [ut loquitur Didacus Stella] & condecorat & vegetat; ita superbia virtutes omnes destruit, contaminat, & enervat; Et sicut humilitas non solum est gratia, sed gratia omnium gratiarum, sic superbia non solum est mala, sed omnium bonorum obex, & velut Regina vitiorum, coronam enim gestat, ut dicit Isaias: *Va Corona Superbia.* Nam quemadmodum Regina magno comitatu stipata incedit, ita hæc multa habet alia vitia velut à pedibus, quia superbus semper aliis innumeris scætet vitiis. Meritò igitur nos admonet Pius Asceta dicens: Multùm præcave à vana complacentia & superbia, propter hoc multi in errorem ducuntur, & in cæcitatem pene incurabilem. Inter hos erat quidam Monachus, de quo scribit Baronius, quod in monte Sina celebre aded ediderit suæ continentię specimen, ut in cellula multos vixerit annos inclusus. Postremò multis variis revelationibus diaboli & insomniis illusus, superbiâque elatus ad Judæismum dilapsus est, & ad carnis circumcisionem. Cùm enim cacodæmon huic identidem vera quædam insomnia demonstrâset, & veluti objectâ illecebrâ inescâset illius obscuratam mentem; novissimè oculis ipsius obiicit copiosam Apostolorum, Martyrum, aliorumque omnis generis Christianorum turbam, densissimis tenebris & omni de core oppletam; parte oppositâ Moysen, Prophetas, populum quoque Judæorum offert, splendidâ admodum luce conspicuos, ac in gaudio vitam traducentes. Hæc cùm spectâset miser, è vestigio surrexit, derelictoque Sancto illo monte Judæos adivit; cùmque his denarrâset, quæ sibi visæ fuissent, diabolicas apparitiones, circumcisus est, ac professus Judæismum accepit uxorem,

Ecc. 16.

v. 15.

Par. 2.

c. 57.

C. 28.

L. 3. c. 6

§. 5.

Tom. 8.

An. Dom.

614.

Ex An-

tiocho

Mona-

cho hom.

84.

Historia.

& in omnium conspectu adversus Christianos edidit dogmata, propugnator factus Judaicæ superstitionis. Hunc vidimus, neque enim quatuor anni sunt à morte illius, quàm miserè peremptus est: catarrhi enim profluvium aliquamdiu passus, & vermium arrosione contabescens expiravit.

2. O si hic miserabilis Monachus superbiam ex animo profligasset, ac se indignum divinis revelationibus (ut falsè arbitrabatur has esse) judicasset, seque peccatorem esse cogitasset, non tam turpiter à stygio Veteratore circumventus, & in omnium malorum abyssum actus esset. O si item hinc nunquam sat lamentabilis homuncio Sacræ Scripturæ textui aures accommodasset, & opere hanc Tobiaz sententiam impleretur; quàm dicit: *Superbiam nunquam in tuo sensu dominari permittas, in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio*, haud dubiè non fuisset expertus hujus mali irreparabile damnum, sed quia ista neglexit, seque in suo animo sanctum & perfectum virum (qualis non erat) judicavit, ideò tot diabolicis præstigiis illusus ad profundum inferni ruit. Meritò igitur dicit Apostolus: *Si quis se existimat aliquid esse, cùm nihil sit, ipse se seducit*. Contingit autem superbis plerumque id, quod Icaro Dædali Filio evenit, qui affixis à Patre pennis monitus est, nè altiùs volaret, dum mandatum negligit, in aquas liquefactis à sole pennis cecidit. Hinc illud Poëtæ:

C. 4.
v. 14.

Ad Gal.
6. v. 3.

Ovidius
8. Trist.

L. 1. 6. 6.
v. 43.

*Dum patit infirmis nimium sublimia pennis
Icarus, Icarias nomine fecit aquas.*

Caveat ergò quisque, nè, dum quibusdam virtutibus sit præditus, in altum volet, ni præcipitari velit, quia non rarò eis, qui longo tempore viam perfectionis ambularunt, contingit, quòd evenit generoso Duci Eleazarò, de quo liber Machabæorum sic scribit: Et vidit Eleazar unam de bestiis loricatam loricis Regis, & visum est ei, quòd in ea esset Rex: & dedit se, ut liberaret populum suum. Et cucurrit ad eam audacter in medio legionis interficiens à dextris & à sinistris. Et ivit sub pedes Elephantis & supposuit se ei, & occidit eum, & cecidit in terram super ipsum, & mortuus est illic. Sic iste bellidux, ut Sanctus Ambrosius ait, sub suo triumpho sepultus est. Verè factum admiratione dignum! At nobis non rarò taliter contingit; nam in hujus mundi campo constituti adversus vitia præliare debemus. Primus autem ac periculosissimus congressus est, ut Elephantem nostræ carnis in terram collidamus. Sed vix nobis miseris! quoties enim subruit nos ipsemet triumphus, dum sub debellato hoste cedimus & cum illo perimus? Jejunii enim, vigiliis, aliisque austeritatibus vincimus effrenem carnem nostram, sed si à superbia non recedimus, ab ipsa: victoria perimimur, & victores vincimur.

Hom. 17.
Elysiors.

3. Sic vicit & victus est quidam frater, qui, ut memorat S. Macarius profligatus vitii sic in spiritu profecit, ut inter orandum divina virtute ita sublevatus est, ut conspiceret supernam illam Hierusalem, in eaque fulgentes personas, ut lumen infinitum. Audivit autem vocem dicentem sibi, hunc esse locum requies justo-

justorum. Paulò verò post æstimans ille sibi illud dictum, suumque se vidisse locum in cælis, in superbiam elatus est, & miserabiliter in gravissima peccata & infinita mala corruit. Si hic tantæ sanctitatis & sublimitatis homo cecidit, quis præsumat de sua sancta vita superbire, etsi jejuniis & orationibus deductus sit, etsi quæcunque mortificationum opera exercuerit? Sed audiamus de aliquo alio Asceta, de quo idem S. Macarius scribit, quòd unà secum in domo & orationibus adeò divinâ gratiâ repletus erat, ut propè ipsum positus compungeretur in precibus, ita ebulliebat in eo gratia. Porro habebat etiam gratiam sanitatum, ut non solùm eiceret dæmones, verùm etiam sola manuum impositione omnis generis morbos & mala curaret; propter quod, cùm ab omnibus tanquam vir sanctus haberetur & coleretur, superbia tentatus ac ab ea omninò prostratus cecidit in imâ peccatorum. Hinc ad nostrum propositum benè advenit S. Fulgentius, quòd vitiorum auctor dæmon eum, quem non potest vincere vitiis suis, vincit virtutibus alienis: Armis quibus eliditur, surgit, & virtute, quâ dejicitur, dejicit. Laudat enim virtutem, qua se prospicit superare, ut victus possit innocentem captivare. Et hæc est, teste Cassiano, subtilis inimici vertucia, ut militem Christi propriis faciat telis occumbere, quem hostilibus armis non potuit superare.

4. Cæterum ad ulteriorem incepti discursus progressum inservit nobis quod meminit quidam author. Quod, cùm duo galli acriter inter se pugnassent, & alter victus fugisset, & abscondisset se; alter verò conscenso tecto triumphum caneret, casu prætervolans Aquila illum conspectum invasit; & exossavit, quod ut alter vidit, multum sibi gratulabatur & gregi suo præesse pergebat. Ita profectò evenit cum superbis, cùm enim hi ob singulares aliquas dotes aut virtutes reliquos despiciant, ac de superatis viriis triumphum plus æquo sibi arrogent, à milvo infernali capiuntur & in varia peccata pelliciuntur. Nonne talis erat S. Petrus? qui cæeros despiciens dixit ad Christum, *si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor*. Et ecce paulò post à diabolo illaqueatus est, dum trinâ negatione suum Magistrum abnegavit. Nonne talis erat David Rex? qui ex propriis viribus dixit se nunquam statu movendum, & ideò in adulterium & homicidium incidit; Quare dixit ad DEUM, *bonum est mihi Domine, quia humiliasti me*. Si porro DEUS ita abominatur Superbiam, ut etiam suis charissimis servis ob hanc ad tempus suam gratiam retraxerit, quid quæto non alii pertimescendum habent, qui de collatis à DEO sibi donis superbiunt: de quibus Apostolus loquitur: *Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Quomodo verò talem gloriam ex superbia emanatam, quâ DEI munera contra fas nobis attribuimus, divina justitia puniat, colligimus ex historia subjungenda.

5. Erat quidam Frater in quodam monasterio multum verbosus, & semel accidit, quod loquebatur de non sibi commissis, quare Abbas seriò eum increpavit & dixit. *Vade & tace*. Quæ verba adeò altè ille frater cordi suo impresserat, ut silentium semper cunctis cænobitis admirantibus tenuerit, & dum ita taceret in spiritu tantum profecit, quòd DEUS quædam secreta ipsi revelât,

Hom. 27.
quæst. 6.
Historia.

Epist. 9.
ad Probam c. 15.
L. 11. Institut. c. 70.

Faber
Conc. 4.
in Fest. S. Mariae Magd.

Matt. 26. v. 33.
2. Reg. 18.

Psal. 118.

1. Cor. 4.
v. 7.

Author
9. vocis.
Discipul.
Historia.

Nam

Nam cum fortè quidam Eremita in Sylva non longè à monasterio infirmaretur ; misit ad Abbatem supplicans, ut ad se veniret, sibi que Ecclesiastica Sacramenta porrigeret. Tunc Abbas sumpsit illum taciturnum secum, & ivit ad communicandum Eremitam ; in via verò audiens quidam latro campanam parvam, secutus est eos usque ad speluneam Eremitæ, mansitque foris reputans se indignum, quòd deberet intrare cellam tam Sancti Viri. Sed postquam ægrotans confessus est, & communicavit, latro propè januam stans cum humillitate cordis sui dixit : O si essem talis, qualis tu es ! Ad quæ Eremita in elatione mentis & complacentia sui ipsius dixit : Hoc libenter deberes velle, quòd esses talis, qualis ego sum, quo dicto paulò post expiravit. Taciturnus verò ille videns illum jam mortuum amarè flevit. Porro cum Abbas & frater ad Monasterium reduces essent, cucurrit post eos latro invocans DEUM, & veram contritionem & vitæ emendationem ab eo petens, quia jam proposuerat illi Abbati confiteri, & amplius nunquam peccare. Sed, dum sic ad Abbatem anhelaret in veloci cursu, ille latro cecidit & immediatè extinctus est. Quod videns illæ lætante caput ridere. Simul Abbas cum suo comite ad conventum venit, quæsiuit ab eo, cur ficeret ? Qui respondit : Pater semel dixisti ad me : Vade & tace, & ideo ab illo die semper tacui, nisi interrogatus fuissim. Tunc Abbas ait ulterius, quare plorasti, quando illum Sanctum Eremitam communicavi, & cur in risum effusus es, dum ille malus latro post nos cucurrit, volens nos spoliare vel planè occidere, & sic peccando in peccatis suis miserè obiit ? Ad hæc frater respondit : Pater, causa fletus mei fuit ista, quando communicasti illum infirmum Eremitam, tunc latro stetit foris januam, dicens ad moribundum ex humilitate cordis : O si essem talis, qualis tu es ! Et Eremita respondit in elatione mentis, hoc posses libenter velle, & sic mortuus & damnatus est, ideo flevi. At latro qui post nos cucurrit, habuit firmum propositum sua peccata confitendi, & non spoliandi nec occidendi, & sic currens cecidit & expiravit, moxque Angeli ejus animam excipientes ad cælum cum gaudio deduxerunt, quia contritio hujus latronis fuit tanta, quòd deleverit suorum criminum & culpam & pœnam, ideoque præ gaudio risi.

6. O chare frater, si in tale infortunium tantum vitæ multas virtutibus inclytum superbia impulit, quomodo ergo tibi ab hac pestifera lue non abhorrendum erit : præsertim cum Hugo dicat, quòd cætera vitia solas illas virtutes impetant, quibus ipsæ destruuntur, ut luxuria pudicitiam, ira patientiam, &c. Sola verò superbia contra cunctas animi virtutes se erigit, & quasi generalis & pestifer morbus omnes corrumpit. Et hoc videmus in hoc misero Eremita, qui licet in multis virtutibus se probaverit, DEUS tamen nihil omnes estimavit, quoniam has superbia infecit & ad nihilum rededit. Superbia itaque est vitiorum vita & caput, sicut enim serpenti omnis vita est in capite, quo amputato nihil potest nocere, sic eradicatâ è corde tuo superbiâ ut vitiorum capita, facillimè peccatis cæteris imperabis. Si vis te tradere DEO, & illius gratiæ fieri particeps, fuge cordis super-

L. 2. de
anim.

biam,

biam, quoniam aquæ divinæ gratiæ relictis montibus currunt per valles. Considera quis sis, & videbis quam parum habeas unde superbias. In conceptione tua invenies culpam, in nativitate miseriam, in vita pœnam, & in fine auxietatem. Unde rectè nonnemo Poëtarum dixit.

Unde superbis homo, cuius conceptio culpa,

Nasci pena, labor vita, necesse mori.

Post hominem vermis, post vermem fator & horror,

Sic in non hominem vertitur omni homo.

Rumina ergo hæc benè, ut infinita Superbiæ damna evadere valeas.

PARS ALTERA.

7. Cùm ex dictis constet Superbiam esse fontem malorum omnium. Idcirco meritò quilibet studiosè incumbere deberet, quo stirpitis hoc vitium ex animo eliminaret, & quamvis ad hoc agendum sufficere possint ea, quæ in fine nunc dictæ partis notata sunt, nihilominus tamen ut efficacius hoc malum à nobis arceamus, porrigit nobis ad manus antidotum S. Paulus, dum dicit: Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis; unde sic argumentari licet. Teste Apostolo, non possumus quidpiam boni cogitare; ergo multò minus facere, partim quia cogitatio bona ipsum opus præcedere debet, partim etiam, ut quotidianâ constat experientiâ, quia major semper reperitur difficultas in operando, quàm in cogitando seu bonum eligendo, quoniam in operando multæ extrinsecæ difficultates sunt vincendæ, quod non occurrit in cogitando. Quapropter si nec cogitare quid boni valeamus, quomodo ergo facere? Nam qui non potest minus, nec majus in eodem genere potest. Igitur quilibet dum bona se operari cernit, totum DEO & sibi nihil tribuere debet, secundùm illa Regii Vatis verba: Non nobis Domine, non nobis; sed nomini tuo da gloriam. Quam doctrinam si multi observarent, non tam miserabiliter in peccati laqueum caderent. Quid enim S. Jacobum Eremitam impulit ad vitium Virginiam apud se relictæ inferendum, & ad eam jam defloratam macandam, nonne occulta aliqua Superbia? Postea verò se humilians divinæ gratiæ denuò restitutus fuit. At infelicius quid alteri cuidam Eremitæ ob Superbiam contigit, quod subjungo.

8. Erat quidam Monachus, qui in propinqua solitudine degebat in spelunca, & omnem ostenderat exercitationem, & propriis manibus panem sibi quærebat. Postquam autem permanit in orationibus & profecit in virtutibus, in seipso habuit deinceps fiduciam fretus pulchro vitæ suæ instituto. Sic multis annis in austerrissimæ vitæ methodo peractis, diabolus ei bellum movit, & ei vespere præbuit phantasiam formosæ mulieris errantis per solitudinem, quæ cùm ostium reperisset apertum, ingressa est speluncam, & procumbens ad genua Eremitæ petiit, ut sibi illic liceret quiescere, utpotè, quòd nox eam deprehendisset, ille autem, cùm ejus esset miseratus, eam admisit in speluncam; & de errore illam est percontatus.

*Historia.
Palad. c.
44. Item
Ruffin. l.
2. cap. 1.*

rus. Illa verò & narravit, & sermonein eum eo diu protraxit sic, ne suorum lenocinio verborum cor Eremitæ quovis adamante durius emollierit, & ad veacrem inflammaret. Cùmque miser homo jam omnium virtutum, & ipsius DEI oblitus instar equi & muli cum Diabolo personam feminæ mentiente voluptatem explere pararet, feminamque apprehendere vellet, illa repente manibus ejus elapsa magnâ voce exclamavit. Hinc risus dæmonum in aère audiebatur, qui ipsum increpabant & in fraudem induxerant, & magnâ voce ad ipsum clamabant: Qui se exultat humiliabitur; tu autem usque ad cælos quidem es exaltatus, humiliatus verò es usque ad abyssos. Sic miser ille Monachus ab hostibus tartareis ludibrio habitus, totusque desperatus mundum repetiit, ubi & pessimè vitam finiit. Enim verò optandum sanè foret, ne plures ex religiosis vel ob doctrinæ præstantiam, vel virtutis excellentiam Superbiâ afflarentur, & cum hoc miserabili solitario æternaliter perirent! Nullum enim non lapidem cacodemion movet, quo Dei famulos hac pestilentia inficiat. Quapropter quilibet contra hæc diabolica præstigiâ bene se munire debet, suam infirmitatem videlicet agnoscendo, seque peccatorem profitendo, ac coram Deo veraciter se humiliando.

In ejus
Vita.

9. Porro ad hoc præstandum facem nobis præluceat S. Abrahamus Eremita, qui postquam multos in solitudine annos numeravit, & gratia plurimos paganos orci Tyrannide emancipatos Christo subjugavit, variè à dæmone tentatus fuit, sed cùm malignus spiritus eum triumphare desperasset, decrevit Virum Sanctum suis propriis virtutibus deicere, quem vitis illaqueare haud poterat. Sic namque eum aggressus est. Cùm fortè Vir Sanctus mediâ nocte psalleret, repente lux magna in ejus cella refulsit, & vox hæc audita est: Beatus es Abraham, verè, inquam, beatus es, quoniam nullus in cunctis recte factis inventus est, sicut tu, nullasque ita meas voluntates perfecit, ut tu. Subito autem Vir Sanctus actum maligni cognoscens, exaltavit vocem suam & dixit: Tenebræ tuæ tecum sicut in perditionem ò plene dolo atque fallaciâ, homo enim peccator sum ego, & pulvis & cinis. Ad quæ verba confestim stygius veterator instar funi à conspectu ejus evanuit, & Abrahamo victoriæ palmam concessit. Igitur optantes diabolium alta & superba nobis suggerentem fugate dicamus cum hoc Sancto Eremicola, mentiris nequam, non Sanctus sum & talis qualem tu me prædicas, sed peccator, sed pulvis ac cinis. Cæterum quid non etiam tentavit infernalis larva, quo Sanctum Antonium Abbatem ex virtutum apice in scelerum abyssum præcipitaret! Cùm enim suis illecebris, & cypriis castissimum juvenem facibus inflammatum vincere non posset, conatus est eum prosternere superbiâ. Decrevit itaque sese exhibere deformissimum, cui se exhibuerat jam terribilissimum. Igitur informis obscærique Æthiopis speciem indutus, & ad vestigia illius abjectus, querulis ululare vocibus hisce cepit: Multos præstantissimos heroes meis ego technis circumveni, multos ego gigantes aperto etiam Marte domui. At nunc tibi victas (heu pudet fieri) manus porrigo. Vincere nimi-

In ejus
Vita.

eum cupiebat eum vanâ gloriolâ, quem nullius expugnare potuit voluptatis illecebra; Superare nîsus est superbîæ tumore, quem nequirit timore. Sed Antonius hæc voces constanter contempsit, audacterque illum affatus, quis es tu? inquit: Cui ille, ego, inquit, incestus cupido sum, Spiritus Salariæ, Satelles impudiciæ, qui cum meis facibus pectora juvenum, senum, virorum, mulierumque inflammavero, venerem despumant, totiusque libidinis affectibus non tantummodo æstuant, sed torrentur. O quàm multos niveo virginitalis baltheo accinctos memm solvit lenocinium! O quàm castum plerisque fuit exordium, quàm incestum me suafore exodium! Multi nultos de emacerato corpore suo domitæque carne retulere triumphos, quos incestus denique cupido triumphavi. Ego ille sum, qui meas tibi tædas toties admovi, qui meis facibus te toties inflammavi, ego qui non tantum cominus adversum te pugnavi, sed eminus etiam ignea in te tela collineavi; Ego denique ille toties victor nunc à te tandem victus.

10. Ad hæc voces Antonius effusè lachrymatus debitas persolvit grates DEO, cujus ita potentiam prædicavit, ut suam ingenuè impotentiam faceretur & imbecillitatem. Hinc porro magis adversus hostem confirmatus, ergo, inquit, inertem ignavumque thesitem esse te necessum est, quando vel à juvenculo inbelli [qualis ego sum] finis te superari. Igitur cur te porro verear, non video, quin age, quod agis, nihil moror, totis licet copiis dimices, omnes quamvis vires exeras, nil metuo. Dominus illuminatio mea, & salus mea, à quo trepidabo? Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum, si consurgat adversum prælium, in hoc ego sperabo, Dominus mihi Adjutor, & ego despiciam inimicos meos. Ad has voces tartareus ille Æthiops, perinde ut fumus evanuit, nobilemque Antonio Victoriz palmam concessit. Porro eum videamus, quod cacodæmon specialiter viros bonos superbîæ vitare conetur; igitur ne ab eo vincamur, arripienda nobis erunt arma, quibus Antonius & pugnavit & vicit, videlicet humilitas & in DEUM fiducia, siquidem his certò certius certaminis lauream obtinebimus.

11. Enim verò pro coronide aliud contra Superbiam remedium nobis reliquit S. Abbas Isidorius; Nam quoties cogitatio illi dicebat: quia magnus es: respondit: Nunquid talis sum, qualis Antonius, aut certè Abbas Pambo vel reliqui Patres, qui DEO placuerunt. Et quoties hoc cogitabat, requiescebat. Simili quasi Stratagemate alius quidam fortissimus Christi Atletha superbiam vicit. Nam dum fortè magnis passibus ad virtutes conquirendas festinaret, impuri dæmones laudem in corde illius subseminabant. At ille divinâ inspiratione malignorum spirituum nequitiam pio & religioso stratagemate vincere aggressus est. Descripsit enim in pariete suæ cellulæ altissimas virtutum appellationes, pura perfectissimæ charitatis, profundissimæ humilitatis, mundissimæ orationis, Angelicæ castitatis, & hujusmodi virtutum reliquarum. Cùm ergò illum cogitationes extollere cœpissent, dicebat illis: eamus ad argumentum, advenientque relegat

Vita PP.

Climac.

in Scala

Cæli:

grad. 26

appellationes. Cumque legisset charitas perfectissima, aiebat sibi, quàm longè ab hac charitate abes, quia non rarè cor tuum tepor & torpor invadit. Orationem forsàn mundissimam possides: at minimè; quoties enim te orantem varia cogitationes & evagationes perturbare solent. Sed quid dicis ad angelicam castitatem, heu, non semel illecebrosis carnis titillationibus & turpibus imaginationibus impugnaris. Sicque ad omnes reliquas virtutum appellationes sibi respondebat, quo peracto seipsum his affatus est: noveris frater, cum has omnes possideris, servus tamen inutilis eris, fecisti enim, quod facere debuisti. Sic hostem tartareum superavit. Quamobrem chare frater, cum hæc pharnaca nunc specificata ad pestiferum superbiz morbum curandum satis præstantia sint, idè pluribus te fatigare omitto. Tene ergò tantum hæc pauca, ut capax fias recipiendi multa. Vale.

S E R M O XIII.

D E

Ambitione.

Nec possum in monte salvari, nè fortè apprehendat me malum & moriat.
Genes. 19. v. 19.

P A R S P R I M A.

QUemadmodum Superbia humilitati contrariatur, ita & ambitio, quæ secundum D. Thomam est dignitatis & honoris inordinatus appetitus. Porro quis satis explicet, in quanam mala se ambitiosi præcipitant: imprimis enim conscientiam lædunt, devotionem & internam quietem amittunt, multis internis cruciatibus se subjiciunt, & quod omnium terribilissimum est, quàm plurimis æternæ salutis perdendæ periculis se exponunt. O quotquot enim non ambitio ex alto honorum & Prælaturarum apice ad ima inferni detruit! Nam, ut testatur S. Chrylostomus, quicumque desideraverit primatum in terra, inveniet confusionem in cælo, & inter servos Christi non computabitur, qui de primatu tractaverit. Rationem verò hujus assignat Didacus Stella in verbis: Difficile est stare in alta dignitate, & carere cogitationibus elatioribus; Ergò cum DEUS magnæ de se sentientibus resistat, & ambitiosi tales esse demonstrantur, benè inferre licet, quòd hi à DEO in miseriarum abyssum præcipites agentur secundum illud Luca. *Et in Capbarnanum usque ad cælum exaltata es, sed usque ad infernum demergeris.* Experti hoc religiosi illi, de quibus Antonius Senensis in Chronicis Ordinis Fratrum Prædicatorum scribit: Quòd circa Annum Domini 1570. in Conventu quodam

Par. 1.
c. 25.

C. 10. v. 17

Historia.

dama